

Unxit eum Deus Spiritu Sancto.

Léctio Actuum Apostolorum

10, 34-38

In diébus illis:

- ³⁴ **A**périens Petrus os suum dixit:
«In veritáte compério
quóniam non est personárum accéptor Deus,
³⁵ sed in omni gente, qui timet eum et operátur iustítiam,
accéptus est illi.
- ³⁶ Verbum misit filiis Israel
evangelízans pacem per Iesum Christum;
hic est ómnium Dóminus.
- ³⁷ Vos scitis quod factum est verbum
per univérsam Iudæam incípiens a Galilæa
post baptísmum, quod prædicávit Ioáannes:
³⁸ Iesum a Názaeth,
quómo do unxit eum Deus Spíritu Sancto et virtúte,
qui pertransívit benefaciéndo
et sanándo omnes opprésos a Diábolo,
quóniam Deus erat cum illo».

Verbum Dómini.